



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Solicitudo Canisij de Comitiis Augustanis mirè opportuna.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

res, ne post excessum illorum ob periculosa stu-
dia in comitiis, quæ ipsimet facile perturbant, &
corrumpunt Hæretici, in eorum denique, quis,
suosq; per vim, ac fraudem intrudunt, miserrime
Ecclesiæ potestatem ac tyrannidem venirent. Si
Episcopatus quinq; in Marchionatu Brandenburgi,
sic in Saxonia tres amissos. Idcirco agendum
cum Cæsare, aliisq; Catholicis Ordinibus, vt
nue coërceretur inexplebilis Hæreticorum rapa-
citas, qua Episcopatibus inhiant, qua nulla sit
capitalior Germaniæ pestis. Atq; has, aliasq; gravi-
ob causas prouidendum Pontifici, vt ad Comit-

*Bollicinudo. Ca-
nisij de Comi-
tis Augustaniæ
muc. opportu-
nus.*

Augustana Legatum magni pectoris destinare.
Magni fecit hæc monita, qui Pio Quarto succel-
lerat in Apostolica sede, Pius Quintus; & in ea
Comitia Legatum destinauit Io. Franciscū Com-
mendonum, cui & nobile Theologorum par de
Societate Hieronymum Natalem, & Iacobum
Ledesma m adiunxit: qui coniunctis cum Cani-
fio studiis excubarent, dimicarentq; pro Catholicis
sacris. Id quoq; idem Canisius haud dubio di-
uinitatis instinctu, vt exitu compertum est, po-
stularat: Habebat sanctissimus Pater in animo
peregrinationem illam à demortuo Pōtifice de-

man-

mandatam confirmare Canisio; sed & ipse met
fatebatur in eo munere nihil se præter obedien- *Eius submis-
sio, ac modestia.*
tiam reperire, quod in suam quidem personam
quadraret; ac verebatur ne sermonum causam
vnde cunq; captans curiosorum hominum gar-
rulitas, conflandæ inde Societati inuidiæ, tanquā
in publicarum se rerum administrationem im-
mittenti, occasionem arriperet. Ob eam cautio-
nem, nec eo minus, quod aptiora sibi rebatur hu-
miliora munera, rogauit Patres Romanos, quod
tamen salua vsquequaq; obedientia fieret, effice-
rent apud Pontificem, quod effecere, ut ab ea pro-
curatione liberaretur.

Instabantiam Comitia, & magno studio re- *Augusta plu-
rimum, &
maximo studio
laborat.*
uocabatur Canisius Augustam. Quo cum aduo-
lasset, veteri instituto in templo principe Ieiunij
magni tractu conciones ad populum habuit tot
alias inter occupationes, vt prope miraculo esset,
quemadmodum hominis vnius infirmitas tam
multos, tamque graues caperet, aut sustineret cu-
ras. Idem Imperatricis rogatu semel quoque per
hebdomadā verba faciebat ad germanas ex eius
Aula Matronas, ac Virgines. Idem Pontificio Le-
gato Commeridono aderat frequens, à quo & ad
animi